Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Evangelienlesung nach Iohannes

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

omni orationis fructu priuentur. putan
ter a deo precem exaudire. quam nec ipsi
qui fundunt audiunt; quod tamen qui
hostis instinctu fieri nemo qui animaduertere nequeat. Sciens enim utilitatem
orandi. & inuidens hominibus gratiam im
petrandi. inmittit orantibus multimo
da cogitationum leuium. & aliquando
etiam turpium nocentiumq; fantasmata.
quibus orationem inpediat; adeo ut
nonnumquam tales tantosq; discurren
tium cogitationum fluctus prostrati
in oratione toleremus. quales nec in lec
to supini iacentes tolerare nouerimus;
Unde necesse est fratres karissimi. ut agnita diabo
li caueamus superare militiam. & primi
deleat animum ab huiusmodi nebulis. quas
hostis aspergere gaudet. in quantum pos
sumus serenando. & pii defensoris per
petuum flagitando presidium. qui po
tens est quamlibet indignis precatoribus.
& pure orandi & perfecte inpetrandi
concedere gratiam; multum autem iuuat
orationis puritatem. si in omni loco
uel tempore. nos ab actibus temperemus
inlicitis; si semper ab otiosis sermocina
tionibus auditum pariter castigemus
& linguam; si in lege domini ambulare. &
testimonia eius scrutari suescamus toto
corde; quaecumq; enim saepius agere lo
qui & audire solemus. eadem necesse est saepius

ad animum quasi solita propriaq; recurrant
ad mentem; & sicut uolutabra sues paludosa
columbae limpida solent frequentare flu
enta. ita cogitationes inpurae. mentem
inmundam perturbant. castae spiritales
sanctificant; sane. sic ad exemplum chana
neae mulieris in orando perseuerantia fixiq;
maneamus. ut alma gratia conditoris sui
quaecumque in nobis errata corrigat.
inmunda sanctificet. turbulenta serenet;
fidelis namque & iustus est ut remittat
nobis peccata nostra. & mundet nos ab omni
iniquitate. sic ad illum sedula mentis
uoce clamemus qui uiuit & regnat
cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia
secula seculorum amen; In xlma. hr. i. ebd.

F. ER. VI. LEC. SCI EUANGELII SECD IOH.;

In illo tempore: erat dies festus iudeorum
& ascendit ihs hierusolimis; & reliqua;

OMEL. UENERABILIS BEDE PRESB. DE EADEM LECT.;

Duo pariter miracula humanae sana
tionis. hodierna nobis sancti euangelii lectio
tradit; unum inuisibiliter per angelicam
administrationem. alterum per domini
cam praesentiam uisibiliter exhibitum;
Sed utriusque nobis sunt breuiter expo
nenda misteria. ne prolixae lectionis prolixa
quoq; explanatio cuiquam forte grauis
existat; probatica piscina quae quinq;
porticibus cingebatur. populus est
iudeorum legis undique custodia ne